



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die XXV. Junii Festum S. Gulielmi Abbatis

Paderbornæ, ca. 1785

In I. Nocturno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60426)

DIE XXV. JUNII
FESTUM
S. GULIELMI ABBATIS,
Duplex minus.

Omnia de Communi Confess. non Pont.
praeter ea, quae sequuntur.

ORATIO.

Deus, qui infirmitati nostrae ad terendum salutis viam in Sanctis tuis exemplum et praesidium collocasti: da nobis, ita beati Gulielmi Abbatis merita venerari, ut ejusdem excipiamus suffragia, et vestigia prosequamur. Per Dominum etc.

IN I. NOCTURNO.

Lectioes de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Gulielmus nobilibus parentibus Vercellis in Insubria natus, vix quartum decimum aetatis annum expleverat, cum, miro quodam pietatis ardore flagrans, Compostellanam peregrinationem ad celeberrimum sancti Jacobi templum aggressus est. Quod iter una amictus tunica, ac duplici ferreo circulo praecinctus, nudisque pedibus profecutus, asperrima frigoris et aestus, famis et sitis summo cum vitae discrimi-